



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De Sancto monacho, qui Sarracenum venatorem per duos dies immobilem reddidit. Capvt. CXXXIII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

iram Dei fugere possibile non est. Sed si dimit-  
tam eos illic, morientur, & non videbo illos.  
Nesciens itaque quid agere deberem, dixi: Va-  
dam ad Abbatem Zachæum, & quod dixerit  
mihi hoc faciam. Perrexi igitur in sanctam Sion,  
illic enim semper morabatur, & non inueni eum.  
Veni autem in atrium sanctæ Mariæ Dei geni-  
tricis, & inueni illum stantem in angulo atrij,  
dixiq; illi de filijs meis. Cum ergo me audisset,  
ad Orientem conuersus est, & intendit in cælum  
quasi per horas duas nihil omnino loquens. Tūc  
verò conuersus ad me, dixit mihi: Confide, ac  
noli affligi. Filij tui non morientur in hac peste.  
Sed & post duos dies cessabit de Cæsarea morta-  
litas. Quod & factum est iuxta verbum senis. &  
ista quidem Procopius Scholasticus, vt dixi, enar-  
rauit nobis.

## CAPVT. CXXXII.

**A**bbas autem Cyprianus, cognomento  
Cuculas, cuius monasterium est extra por-  
tam Cæsarię, narrauit nobis, cum ad illum  
venissemus, dicens: Cum vastaret urbem istam  
fœua illa & horrenda mortalitas, inclusi mei-  
psum in cella mea, deprecans clementiam Do-  
mini, vt nostri miseretur, & auerteret imminē-  
tem iram. Venitq; mihi vox dicens: Abbas Zac-  
hæus accepit hanc gratiam.

*De Sancto monacho, qui Sarracenum venatorem  
per duos dies immobilem reddidit.*

## CAPVT. CXXXIII.

**N**arrauit: Sarracenus gentilis ex his qui in  
Clysmo morabantur, hæc nobis dicens: Cū  
Ec 3 abijf-

Abijsem ad montem Abbatis Antonij, ut ven-  
 rer, pergens aspicio monachum in monte seden-  
 tem, tenentemque librum, & legentem. Ascendi  
 igitur ad eum volens illum cædere, fortassis au-  
 tem etiam necare. Cùmque venissem propè li-  
 lum, extendit cõtra me manum suam dexteram,  
 dicens, Sta. egique illic duos dies, & duas noctes  
 nullo modo moueri præualens ex eo loco, vbi  
 eram. Tũc dixi illi. Per Deum, quem colis, dimit-  
 te me. Ille autem dixit mihi: Vade in pace. Et ita  
 recedere potui de loco, in quo eram.

*Vita Theodori Anachoreta.*

C A P V T. C X X I I.

**A**nachoreta quidam erat in partibus sancti  
 Jordanis, nomine Theodorus. Hic venit  
 ad cellam meam dicens: Fac charitatem  
 Abba Ioannes, & quære mihi librum, qui conti-  
 neat totum testamentum nouum. Quærens igitur  
 inueni. quia Abbas Petrus, qui postea fuit  
 Chalcedonensis Episcopus, talem habebat. Abi-  
 itaque, & dixi ei. Et ostendit illum mihi in mem-  
 branis valdè pulchrum. Et dixi ei: Quantum va-  
 let. Qui respondit: Tria numismata. Dixit iterum  
 mihi: Tu illum emere vis, an alius? Et aio illi: Cre-  
 de mihi, Anachoreta ipsum vult. Tunc ait mihi  
 Abbas Petrus: Si Anachoreta ipsum vult, gratia  
 illum accipe. Sume autem & tria ista numismata,  
 & siquidem placet illi liber, teneat illum; sin-  
 tem illi non placet, ecce habet tria numismata,  
 eme illi iuxta votum suum. Sumens ergo librum  
 detuli Anachoretæ. Qui, sumpto libro, abiit in  
 eremum. Cùm autem duos ferè menses egisset,  
 rediens Anachoreta venit in cellam meam di-  
 cens: Scito, Abba Ioannes, quia cogitatio me  
 affligit.